

Acta et Documenta Joannis de Pruetis Abbatis Praemonstratensis († 1596)

Textes publiés et commentés par (†) P. Em. VALVEKENS, O. Praem.

(suite *)

L'Abbé-Général Despruets aux Prélats prémontrés d'Espagne
1581, septembre

Despruets répond à la lettre collective des prélats, datée du 30 juillet 1581 ainsi qu'au Memorandum, remis par Jérôme de Villaluenga.

Cette importante lettre reprend les différents points du Memorandum,

Ioannes de Pruetis, Sacrae Theologiae professor, Dei et Sanctae Sedis Apostolicae gratia inclyti monasterii sancti Joannis Baptistae Praemonstratensis, Laudunensis dioecesis, humilis Abbas ejusdemque Ordinis caput ac reformator generalis, dilectis in Christo filiis, confratribus et coabbatibus, abbati de Retuerta, nostro Vicario, et caeteris omnibus abbatibus circariae nostrae Hispaniae, et sororibus, abbatissis ac priorissis ejusdem regni et circariae, salutem ac paternitatis affectum.

Exposuistis nobis ad conservationem monasteriorum et disciplinae regularis valde necessarium esse ut triennales abbates a religiosis professis cujuslibet monasterii Ordinis nostri, vocatis absentibus pastoribus ad praescriptum diem electioni faciendae juxta Statuta Ordinis, jus commune et Concilium Tridentinum et aliis de jure et consuetudine vocandis ; et abbatissae vel priorissae eligantur eodem modo, prout consuetudo iam invaluit in regno Hispaniae, non solum in nostro Ordine, sed etiam pene in singulis aliis Ordinibus monasticis. Item, ut abbas antiquus vel abbatissa aut priorissa non reeligantur in abbatem aut abbatissam aut priorissam in eadem domo, nisi post completum triennium suorum successorum ; com-

*) *Analecta Praemonstratensia*, XXX (1954), 236-278 ; XXXI (1955), 136-158.

pleto autem abbatiali aut priorali triennio, possint eligi a fratribus vel sororibus ejusdem monasterii, suffragantibus alterius monasterii nostri Ordinis. Item, ut vobis liceat eligere abbatem vel religiosum sufficientem ad visitanda et reformanda monasteria utriusque sexus, et electionibus abbatum, abbatissarum et priorissarum praesidendi, et ut dictus Vicarius noster triennale Capitulum, convocatis abbatibus et definitoribus et procuratoribus monasteriorum in monasterio de Retuerta vel in alio aliquo monasterio Ordinis nostri; et etiam celebrare Capitulum quod vocant intermedium aut privatum, coram solis definitoribus et abbatibus, quos vocandos duxerit, ut audiant quae dictus Vicarius noster in singulis monasteriis egerit, cum potestate prorogandi et deponendi dictum Vicarium (si male functus fuerit suo officio), et alium in ejus locum sufficiendi et eligendi, cum simili potestate usque ad proximum Provinciale Capitulum vel ordinationem nostram. Item, ut capitulum distinctionis primae Statutorum nostrorum de novitiis recipiendis ad unguem observetur, et in observantia Regulae, caeremoniarum et cantu et grammatica instruantur. Item, ut monasteria religiosarum sanctimonialium sanctae Sophiae de Tauro, dioecesis de Zamora, et beatae Mariae de Velloria in episcopatu de Hestorgue, quae ad mandatum Nuntii apostolici contra Concilii Tridentini decreta reformationi et obedientiae episcoporum se submisisse fertur, ad Ordinem et reformationem nostram redeant.

Nos itaque, cum non possimus, invalescentibus consuetudinibus regnorum et principum placitis reluctari, annuimus quousque meliora tempora nobis Deus dederit, ut triennales abbates a religiosis professis ejusdem monasterii eligantur magis idonei et sufficientes, vel idoneae abbatissae ac priorissae magis idoneae ac sufficientes a sororibus eligantur, Vicario nostro praesente et Patre-Abbate moderante et confirmante electum vel electam. Nec possint per triennium perfuncti, tam officio abbatis vel abbatissae aut priorissae reeligi in eadem domo, nisi post completum triennium suorum vel suarum successorum; poterunt tamen a fratribus alterius monasterii vel a sororibus eligi. Item, quia longa intercapedine distamus a vobis et multa sunt discrimina vitae in itinere, volumus ut eligatis in Vicarium nostrum sufficientem religiosum, qui non habeat abbatiam, ad visitanda omnia monasteria et electiones moderandas et confirmandas auctoritate nostra, modo a nobis confirmetur infra sex menses post suam electionem; et durantibus sex mensibus expectando nostram confirmationem, habeatur confirmatio. Quodsi negligens fuerit in mittenda et habenda confirmatione, ipso facto sit depositus, et alius eligatur in Vicarium. Confirmatus vero a nobis poterit non solum triennale Capitulum auctoritate nostra convocare et celebrare, sed etiam intermedium Capitulum, quod privatum vocatis, cum solis definitoribus et abbatibus quos duxerit vocandos, ut viderint quid egerit in sua visitatione. Quodsi male functus fuerit officio, poterunt deponere et alium in ejus locum sufficere ac eligere usque ad proximam Congregationem Provinciale vel nostram or-

dinationem. Electus autem Vicarius visitet monasteria et immorigeros religiosos, etiam abbates, compescat juxta Statuta antiqua Ordinis, cum potestate subdelegandi cum simili aut limitata potestate. Item volumus ut monasteria sanctimonialium et religiosarum sanctae Sophiae de Tauro, dioecesis de Zamora, et beatae Mariae de Belloria in episcopatu de Hestorgue ad obedientiam nostram redeant visitenturque ac refoventur per dictum Vicarium. Quod si quis contradixerit mandatis nostris, invocetur Summi Pontificis domini nostri auctoritas et regia catholicissimi. Mandantes ut omnia in reliquis fiant juxta Statuta Ordinis nostri sacri et definitiones Capituli nostri Generalis; utanturque in omnibus monasteriis utriusque sexus et in prioratibus et in parochialibus et membris dependentibus a monasteriis nostri Ordinis eodem habitu omnino albo iisdemque libris et cantu, quibus utitur mater omnium monasteriorum Ordinis, ecclesia nostra Praemonstratensis. Et observetur ad unguem capitulum de novitiis recipiendis: et si qui digni studiorum fuerint, ad universitates vel Collegium nostrum Salmanticum mittantur, ut usui suis monasteriis et Ordini nostro honori esse possint. Singulis autem trienniis ad minus mittent ad Capitulum nostrum Generale, ut nos certiores faciant eorum quae egerint et per nos admoneantur quae facienda sunt, cum integra singulorum annorum talliarum Capitulo Generali debitarum solutione, quae exigent a singulis monasteriis juxta morem antiquum. Nobis appellationes graviorum causarum reservantes. Et nos advenientes (vel alius Vicarius generalis a nobis mittendus) in regnum Hispaniae, Vicarius religiosus praedictus, quamdiu fuerimus in Hispania, nullo modo utetur potestate sibi commissa. Constitutiones autem factae in praecedentibus Capitulis vestris Provincialibus annullamus et irritamus easque nullius valoris esse declarantes, sub paenis excommunicationis latae sententiae eis uti prohibentes, sed nostris veteribus et antiquis Statutis, a sanctissima Sede confirmatis.

Texte incomplet publié par J. LEPAIGE, *Bibliotheca Praemonstratensis Ordinis*, pp. 1067-1068. Paris, 1634.

Le Général Despruets au Prélat et Couvent de Bonne-Espérance
1581, 4 octobre

Par une requête, présentée par le Prélat et le Couvent de l'abbaye de Bonne-Espérance, Despruets a appris la grande pauvreté de l'abbaye. Elle est grevée de dettes et ne peut se soutenir par les revenus actuels de ses biens. Despruets avait chargé le prélat de Saint-Feuillen de faire une enquête approfondie de la situation. Celui-ci lui a répondu que la vente de certains biens est fort nécessaire. Despruets permet donc à l'abbaye de vendre certains biens,

« vestras conscientias onerantes » de ne point vendre plus qu'il n'est absolument nécessaire.

Datum Praemonstrati quarta Octobris sub sigillo et syngrapha nostris et nostri secretarij Anno Domini millesimo quingentesimo octuagesimo primo.

Le texte de cet acte officiel est édité chez MAGHE, *Chronicon Bonae Spei*, pp. 495-496.

Par déclaration devant notaire, et après enquête du prélat de Saint-Feuillen, on fait connaître que l'abbaye de Bonne-Espérance a besoin, au total, d'une somme de 35.607 florins et 7 patars. Cette déclaration est datée du 10 octobre 1581.

Le Prélat Luc de Bonne-Espérance vendit un assez grand nombre de biens. On en trouve l'énumération *ibid.*, pp. 496-497.

Jean Despruets accepte Jean Lepaige comme novice à Prémontré
1581, 21 octobre

« Hoc eodem anno Domini 1581 die SS. Ursule et sociis Virginibus et Martyribus sacro, habitum religionis Praemonstrati per manus eiusdem Reverendissimi Domini Despruetis suscepi ».

J. LEPAIGE, *Bibliotheca Praemonstratensis Ordinis*, p. 1068. Paris, 1634.

L'abolition du prieuré de Saint-Nicolas-au-Bois à Seneffe

1581

Depuis le douzième siècle, il existait un prieuré prémontré à Seneffe (Hainaut), nommé Saint-Nicolas-au-Bois. Il dépendait de l'abbaye de Bonne-Espérance.

C. L. HUGO, *Ordinis Praemonstratensis Annales*, t. II, col. 342, écrit :

« Saeculo xv. exeunte jam Prioratum sancti Nicolai imminutum fuisse numero conjicimus ex alienatione pratorum, stagni et nemorum circumstantium sub modico censu. In unum Prioratus rectorem totus coaluerat conventus anno 1581. et ob bellorum in Belgio tunc saevientium clades, rogavit Lucius abbas Bonae-Spei amplissimum Generalem Ordinis, ut permitteret et hoc miserabili tempore calamitatum a residentia Rectorem absolvi et praedia Prioratus uniri Abbatis mensae ; quod et obtinuit, et ad ejus exemplum abbates

alii ejus successores, suis et monasterii usibus addixere bona extincti Parthenonis ».

A cette époque, Jean Luc était prélat de Bonne-Espérance.

Despruets, administrateur de l'abbaye de Prémontré.

Témoignage de Jean Lepaige

1581 environ

Jean Lepaige était jeune religieux à Prémontré à l'époque où Despruets y était prélat.

Dans un témoignage particulièrement circonstancié, Lepaige loue Despruets en tant qu'administrateur de l'abbaye de Prémontré comme suit :

« Hoc sagaci rectore Praemonstratum monasterium Praemonstratenseque institutum non mediocre in spiritualibus et temporalibus bonis adeptum est incrementum. Cuius conversatio ita erat approbata ut miro modo eum cuncti diligerent, colerent, admirarentur. Tempus — quo nihil pretiosius aestimari debet — numquam sine fructu sibi patiebatur aut elabi aut extorqueri. Frequentes quippe ad suos et ad populum conciones habebat, eos cum Apostolo arguens, obsecrans, increpans in omni patientia et doctrina. Canonicos quoque suos ipsemet erudiens, eis vel D. Pauli aut Hieronymi Epistolas, aut D. Augustini Regulam explicabat, vel aliquid de Sacramentis aut de Theologia quotidie legebat. In exterioribus quoque monasterij sui negotijs sedulum solertissimumque se exhibuit. Alienata quippe et impignorata monasterij sui bona et praedia redemit. Veterem illam et annosam nemoris de Vosago apud Senatum Parisiensem pendentem litem et controversiam senatusconsulto dirimi et nemus Praemonstratensi Ecclesiae restitui fecit. Collapsa maioris dormitorij et primariae abbatialis camerae tecta magnis expensis, sicut et hospitale quod S. Norbertus Praemonstrati aedificaverat restituit. Scaturientium fontium aquaeductus et pleraque alia aedificia intus et foris refici ocus curavit. Erat in pauperes ita beneficus ut nihil eis negandum arbitraretur. Hinc factum est ut magnae famis et bellorum civilium tempore, praeter quotidianas et assiduas eleemosinas, generales etiam scilicet feriae secundae post dominicam Esto mihi et feriae quintae in Coena Domini ab ipsis S. Norberti temporibus institutas et iugiter observatas ipse piissimus foenerator religiose peregit. Hospitalem quoque sese et laetum hospitem exhibebat, sciens Hilarem datorem plurimum a Deo diligere ».

J. LEPAIGE, *Bibliotheca Praemonstratensis Ordinis*, p. 974. Paris, 1634.

Le Général Despruets à Pierre Aloys, Prélat de Ninove

1581-1582

Il lui permet de charger les biens de l'abbaye de Ninove à occurrence de 6.000 florins, afin de pouvoir subvenir aux frais de la communauté, réfugiée dans la ville d'Alost.

Je n'ai pas retrouvé le texte de cette pièce. Je n'en connais pas la date exacte.

Chrétien Sterck, prévôt de l'abbaye de Ninove, signale cette pièce, et en donne le contenu essentiel, dans sa requête à Farnèse, datée de fin mai 1582.

L'Abbé-Général Despruets à Jean Eschayes, Prélat d'Urdax

1582, 30 janvier

Despruets affirme que l'abbaye d'Urdax n'appartient pas à la circarie d'Espagne. Eschayes n'est donc point tenu d'observer les particularités de cette Circarie.

Joannes de Pruetis, Sacrae Theologiae Professor, etc., dilecto nobis in Christo filio Joanni Eschayes, abbati Sancti Salvatoris Urdatii et ejus conventui, salutem.

Nuper in mense Septembri praestita nobis obedientia debita per abbates circariae nostrae Hispaniae aut per eorum procuratorem, fratrem Hieronymum de Villelongue, monasterii beatae Mariae de Retuerta religiosum presbyterum professum, inter coetera concessimus illis electionem triennialium abbatum et abbatisarum faciendam per religiosos et religiosas singulorum monasteriorum, ita ut suffragantibus religiosis, abbas vel abbatissa triennalis, quousque per sanctam Sedem vel per nos judicatum fuisset, eligerentur. Nunc autem ad aures nostras pervenit te conventumque tuum valde timere, prout rumores sparguntur per universam Hispaniam, ne conventuales frustrentur suis suffragiis in electione abbatis per Vicarium nostrum, abbatem de Retuerta, et ejus assessores seu definitores et consiliarios. Nos itaque attestamur per praesentes vos esse et monasterium vestrum filiam esse monasterii Casae Dei et circariae Gasconiae; nihilominus tamen quia nunc estis in ditione regis catholici Hispaniarum volumus et ordinamus ut eisdem privilegiis quibus alia monasteria nostri Ordinis in Hispania fruuntur, eisdem in electione abbatum utamini, scilicet ut abbas eligatur vel perpetuus vel, si mala tempora tulerint, triennalis, suffragantibus fratribus canonicis professis monasterii vestri sancti Salvatoris, confirmandus per Patrem-abbatem Casae Dei aut per nos vel Vicarium nostrum in partibus. Inhibentes Vicario nostro

abbati de la Retuerte et aliis omnibus abbatibus et definitoribus vel quibuscumque commissariis circariae Hispaniae, sub poenis excommunicationis latae sententiae ne nostram praesentem ordinationem ullo modo violent, nec religiosi aut abbati dicti monasterii Urdatii molestiam inferant quocumque praetextu aut colore ficto. Volumus etiam, ut praesens Joannes Eschayes, qui nunc est, abbas maneat, domum gubernet ac regat in omnibus temporalibus et spiritualibus et quousque responsum acceperimus a sanctissimo domino nostro Papa super triennialitate, per fratrem Hieronymum de Villelongue, ea de re ad suam Sanctitatem missum. Mandantes insuper omnibus religiosi dicti monasterii Urdatii, tam claustralibus quam pastoribus et beneficiatis, ut tibi, Joanni, honorem, obedientiam praestent, omnibus aliis expulsis qui se forte introduxerunt vel introduci poterunt sub eisdem poenis excommunicationis, expectando praefatum iudicium sanctissimi Domini nostri Papae. Volumus etiam, ut religiosos tui monasterii idoneos et capaces mittas ad beneficia regularia dependentia a tuo monasterio, instituendos, si parochiales ecclesias habeant, per episcopos locorum ; te absolventes ab omni vinculo excommunicationis, si quam incurristi, et ab apostasia ; Vicario nostro circariae Hispaniae, ne tibi aliquod gravamen inferat vel molestus sit, eo quod ad nos veneris.

Penultima Januarij 1582.

Texte publié par J. LEPAIGE, *Bibliotheca Praemonstratensis Ordinis*, pp. 1068-1069. Paris, 1634.

Gilles Waesberghe, curé de Gendbrugge, au Prélat Loots de Parc
1582, 6 février

Après une longue introduction, parfaitement grandiloquente, l'auteur de cette lettre recommande un Prémontré comme futur prélat.

Il est malaisé de démêler quel est le Prémontré dont il s'agit ici. A voir que Waesberghe en appelle à des témoignages, venus d'Alost, on croirait avoir affaire à un religieux de l'abbaye de Ninove. Mais, dans cette abbaye, on avait un prélat en février 1582. Admettons qu'il s'agit probablement de l'abbaye de Heilisse, où Loots venait de présider l'information préalable à l'élection abbatiale. Dans cette information, le religieux Barthélémy Lovius avait obtenu une imposante majorité des premiers votes. C'est probablement à lui que s'adressent les éloges, d'ailleurs bien mérités, de Waesberghe.

L'intérêt particulier de cette lettre se trouve cependant autre part. Dans sa longue introduction, Waesberghe rappelle à Loots

comment il a rencontré celui-ci à Mons, au moment où Loots vint y rechercher le vicaire-général Morillon. Ainsi donc, Loots alla à Mons pour y rencontrer Morillon et traiter avec celui-ci sa réconciliation avec le Roi.

La lettre de Waesberghe est ainsi un précieux témoin pour les démarches que dut faire un prélat, précédemment rebelle, pour rentrer dans les grâces du Roi.

Salutem plurimam, Reverende Pater in Christo Jesu Domino nostro.

At, priusquam ulterius progrediar, primo opereprecium duxi (ne forte Dominus, mei iam nominis oblitus) certis declarare indicijs quis sim, qui tanta presumat audacia sanctam venerabilem interpellare tuam Paternitatem. Is sum, qui quando Reverenda Paternitas Montibus Hannoniae veniret et non posset reperire hospitium, duxi Reverendum Dominum primo ad domum Bone Spei, ubi invenimus Reverendum Dominum Prepositum Morilonium (a quo Dominus meliora sperabat). Quum nec ibi Dominus consolatus esset hospiciumque non haberet, tandem duxi Reverentiam tuam ad domum Reverendi Domini Pastoris Sancte Elizabete, ubi et vesperi cenam peregrimus. Inter diversa colloquia orta tandem est disputatiuncula inter Reverendum Dominum Pastorem et me de cura animarum renuncianda pro canonicatu ; cuius questionis Reverendus Dominus iudicem se prebuit. Refutavit Pastoris opinionem, cum docte tum sancte. Quo certe iam animum mihi calcarque adhibes ad hanc presentem Tue Reverende Paternitatis interpellationem faciendam, manifeste et clare intelligens tuam pietatem, sanctitatem, veramque religionem nec velle nec desiderare aliud preter Dei amorem, veram et sanctam religionem, tam in monasterijs aliorum ut tuo monasterio.

Ut igitur Reverenda Paternitas tua recte possit fungi suo officio, ne detractoribus aut malevolorum decipiatur mendatijs et falsis de tractionibus : ut enim recte novit Paternitas tua, non est uni spiritui credendum, at primo probandum an ex Deo sint an ne favore, livore aut proprio lucro sint subornati ; Volui Reverendam Paternitatem tuam informare, certum verumque reddere testimonium quod accepi Alosto literas venerabilis domini magistri Jacobi vander Tsmessens, canonici et vice decani, item aliorum proborum hominum supraque hec hic Montibus conversatus cum illo inveni virum qualem decet abbatem : virum dico secundum cor tuum, sobrium, hornatum et sue domui bene prepositum. Quid plura ? Vere assequitur desiderium Pauli, Timoth., 3. Quumque igitur, Reverende Pater, talem domi Paternitatem tuam desiderare sciam, in monasterij favorem, ecclesie sancte honorem, illum iam a patribus monasterij unanimiter electum secundum Regule sancte ordinationem ex animo commendatum habeo.

Jam restat dicendum an ego credendus sum. Testimonium de

me reddant alij. Laus propria sordet in ore. Reverendum Dominum Episcopum Middelburgensem ; Reverendum Dominum magistrum Henricum Hectoris, pastorem beate Marie Mechlinie ; Reverendum Dominum magistrum Michaellem aliosque dominos in Collegio Regio per famulum de me Paternitatem facias tuam informari et scies quid fecerim Reverende Paternitati Tue. Quod etenim feci, in gratiam Tue Paternitatis facta puta.

Vale, mi Reverende Pater, me alere longiores sermones parcam. 6 Februarij 1582.

Tue Reverende Paternitatis paratissimus
semper servus et amicus,
Aegidius Waesberghe,
pastor indignus Gendbrughenus.

Pièce originale. Entièrement autographe.

Archives de l'abbaye de Parc, XII, 1, doc. n° 81.

Le Général Despruets au cardinal-neveu Boncompagni

1582, environ 10 mai

Lors de son voyage à Rome, Despruets avait réussi à engager le cardinal Boncompagni, neveu du pape Grégoire XIII, à devenir le Protecteur de l'Ordre de Prémontré en Cour de Rome. Le cardinal s'était donné de tout cœur à sa tâche. Il avait aidé de son mieux à faire aboutir les négociations préalables à la canonisation de saint Norbert. Il avait payé de sa personne dans les pourparlers délicats, susceptibles d'arranger la nouvelle situation des abbayes prémontrées en Espagne. Enfin, il avait présenté à Despruets son titre cardinalice, l'église de Saint-Sixte à Rome, afin d'y établir une résidence de Prémontrés. Dans cette lettre, Despruets déplore fortement de ne pouvoir accepter cette belle proposition.

Illustrissime ac Reverendissime Domine,

Ex litteris Illustrissimae Dominationis tuae et fratris Hieronymi de Villalonga, religiosi Hispani ⁴⁹⁾, exploratissimum mihi est tuam Dominationem non solum mature et sapienter, quae ad tranquillitatem monasteriorum nostri Ordinis in Hispania indicio Summi Pontificis indigebant perfecisse, sed etiam benignissimo hospitio

⁴⁹⁾ Jérôme de Villaluenga avait été envoyé à Rome pour obtenir une décision papale concernant certaines observances, propres aux abbayes prémontrées en Espagne. Il avait également rempli le rôle de Procureur de l'Ordre à Rome. Voir mon article *L'Ordre de Prémontré et le Concile de Trente. La Congrégation des Prémontrés d'Espagne*, publié dans *Analecta Praemonstratensia*, t. VIII, 1932, pp. 5-24.

excepisse et aliorum negotiorum Ordinis causa Romam ituros excepturum: quod quidem beneficium non est Protectoris, sed liberalissimi et munificentissimi hominis. Ingenue mihi fatendum est, non esse facultulae nostrae tantum tamque inauditum liberalitatis et munificentiae vestrae beneficium agnoscere; dabimus tamen operam ne ejus ulla umquam nobis subrepat oblivio, memoria sempiterna tenendum.

Accedit ad cumulum tantorum erga nos meritorum, votum quo viscera tuae misericordiae flagrant, nimirum ut ecclesiam Sancti Sixti in Urbe, quae titulus est Illustrissimae Dominationis tuae, ad fratres Ordinis nostri Romam confugientes in perpetuum recipiendos et hospitandos, magnis et propriis sumptibus et vitae monasticae degendae aedificiis accomodatis constructam, nobis dones ac tradas; qua de re in Domino exultantes, laetamur.

Video tuam nobilissimam Dominationem intuentem gentis nostrae confusiones ac deplorantem communes miseriae, et cogitantem pro sua erga oppressos misericordia, quo pacto nobis prodesset ac in pristinum nitorem restituere queas, ita ut merito pietate ac liberalitate antesignanis monasticae vitae nostrae auctoribus et patribus conferri si non anteferri debeas. Vigilant feroces Ecclesiae hostes ad direptionem et dilapidationem monasteriorum nostrorum; « posuerunt morticina servorum Christi escas volatilibus caeli »; Tu solus amore et zelo pietatis nostrae conservandae omnibus antecellis, dum ubique afflictis in sancta Urbe asylum paras, Tuumque animum vera pietate imbutum omnes nostri qui audiunt laudibus in coelum mirabundi evehunt, ego vero primus studium tuum admiror et probo ac exosculor. Olim felicitis memoriae Gregorius IX eodem nos amore fuerat prosequutus, ac ecclesiam sancti Alexii Aventino monte cum suis amplissimis redditibus dederat, habebatque Ordo noster, prout ex libris nostris manuscriptis et annatis sanctae Sedis constat, abbatem ibi et Ordinis procuratorem. Sed incuria majorum nostrorum vel aemulatione aut cupiditate novi Ordinis, a paucis annis ecclesia sancti Alexii nobis erepta est, non sine magno Ordinis damno et incommodo. Ibi diem suum obiit Nicolaus, Abbas Praemonstratensis ⁵⁰⁾, et sepelitur; et translata nunc est ad alium Ordinem. Et Romae cum essem ⁵¹⁾, adii monasterium illud, visitandi gratia; sed responderunt fratres se non amplius esse ditionis nostrae, quos tamen Ordo noster, qui tunc florentissimus erat, multis muneribus et bonis cumulaverat. Et, consultis confratribus nostris abbatibus (paucissimi enim sumus) meliorem rationem inire non potuimus ad censum comparandum quo fratres alantur, qui in ecclesiam Sancti Sixti introducentur, quam ut Summi Pontificis auctoritate et tua interpellante gratia, ecclesia Sancti Alexii vel aliquod aliud monasterium monasteriolum, ex his quae olim non procul a Roma habebamus, conjungatur, coadunetur

⁵⁰⁾ Nicolas Hailgrin, abbé de Prémontré, mort à Rome le 22 juillet 1242.

⁵¹⁾ Despruets fit le voyage de Rome en 1578.

et incorporetur. Quorum monasteriorum catalogum ad te mitto. Nam in Gallia omnia poene monasteria Ordinis nostri a nobilibus, etiam a mulieribus et militibus vel commenda tamquam propria et haereditaria possidentur, qui nullos aut paucos religiosos alere volunt; aedificia sacra prostrata jacent, nec nos tamquam superiores agnoscere volunt, asserentes sibi collata beneficia, nulla officii erga nos vel religiosos mentione facta. Ita misere perit paulatim monastica religio. Idcirco in vanum tentarem imponere alicui monasterio contributionem: refragarentur enim cum clamore valido et contumelioso. Quotidianis etiam regalibus, ordinariis et extraordinariis contributionibus a militibus n Belgium migrantibus et remigrantibus ita infestamur et exhaurimur, ut vitae ducendae vix nobis aliquid relinquatur. Habemus enim villulas nostras nunc ferme incultas in vicinia Cameratina, et horum bellorum plusquam civilium nullus elucet nobis finis, ne tenuis quidem spes. In Belgio et Germania nobilissima et opulentissima monasteria utriusque sexus Ordinis nostri haeretici sibi vindicarunt; Hispani soli incolumes remanserunt, apud quos, si quid possum, omnem experiar viam. Mihi sane vitam acerbam puto, dum tuis sanctissimis votis non satisfacio. Obsecro autem et obtestor tuam Dominationem, ne animum suum erga nos immeritos tepescere patiatur; « qui enim bonum opus coepit in vobis, perficiet », et « ex lapidibus faciet tandem aliquando filios Abrahae, ac eorum corda convertet in Patres ». Interim tamen gratias, non quas debemus, sed quas possumus agimus, et omnia nostra officia cum summa observantia Illustrissimae Dominationi tuae deferimus, Deumque assidue precamur, ut Dominationem vestram diu servet et defendat incolumem.

Texte incomplet, publié par J. LEPAIGE, *Bibliotheca Praemonstratensis Ordinis*, pp. 1070-1071. Paris, 1634.

Le Chapitre Général de 1582

1582, 13 mai

Le Chapitre Général de 1582 se réunit à l'abbaye de Prémontré, le 13 mai et jours suivants.

Despruets présida les assemblées.

J'ai publié les actes de ce Chapitre dans *Les Chapitres Généraux de l'Abbé-Général Jean Despruets (1572-1596)*, pp. 35-43, dans *Analecta Praemonstratensia*, t. XVI, 1940.

Guillaume Cobbaert, religieux de Ninove, à son confrère Chr. Sterck

1582, 15 mai

Ne pouvant plus rester parmi des confrères qui lui rendaient

la vie impossible, Chrétien Sterck, coadjuteur du prélat Aloys de Ninove, avait quitté la ville d'Alost. Aloys y était resté avec la troupe de ses adhérents. En avril 1582, la ville d'Alost fut surprise par les rebelles. La ville subit un pillage extrême. Plusieurs prêtres et ecclésiastiques furent tués. Les autres furent faits captifs. Ils n'obtiendraient leur liberté qu'après paiement d'une bonne rançon.

Comme on le verra dans cette lettre, plusieurs Prémontrés de Ninove subirent ce sort. De sa prison du Treurenberg à Bruxelles, l'un d'eux, Guillaume Cobbaert, vieil adversaire de Sterck, s'adressa néanmoins à celui-ci pour le supplier d'aider à rassembler la rançon.

Sur les circonstances dans lesquelles cette lettre fut écrite, voir ma dissertation *De Zuid-Nederlandsche Premonstratenzerabdijen en de Opstand tegen Spanje*, p. 164. Louvain, 1929.

Naer behoerelycken groetenisse, confrater Christiane, zo weet onse ghesontheit die redelick es nae den tyt, hopende een diergelycke duwe met al ander goede vriendekens. Gode lof.

Naer veel bedrucktheit ende swaericheyt, beminde medebruere, die wy onder mellencanderen ghehadt hebben ende die sonder cause beswaert ende bedroeft mynen gheest, buyten maeten veel swaerder dese groote ende onbegrypelyck infortune die my met allen mynen medebrueders binnen der stadt van Aelst gheschiet es, de welcke (ic voor myn hooft) van God ontfanghen als een rechtverdighen punitie der voerleden sonden, die ic teghen zyn almoegentheit misdaen soude mooghen hebben ende daechlykx aendoe.

Want ons huys ⁵²⁾ es gheweest nu een drie zo vier iaeren een huys des twists ende tweedrachticheyt; welcken twist God die Heere niet aenghenaem en es. Heeft nu willen by avonturen (duer zyn goddelycke voorsichticheyt) die in tweedracht langhen tyt hebben gheleeft, tot eendrachticheyt ende vrindelyck accoord bringen. Want hy, die een meester ende heer des pays es, niet anders en zouckt noch en begheert dan vrede en pays. So eest dan dat ic nu ter tyt in onse desolatie tot U scrive; ende daer toe van Uwen persoel gheruert synde (want wy desen xijien van Mey een memoriael briefken ontfanghen hebben, waer wat wy verstonen U affectie ende begherte waer dat alle uwe medebrueders ende myn Heer ⁵³⁾ mochte syn, ooc wat een generael het rantsoen mocht bedraeghen).

So weet dat den Prelaet ghevanghen sidt binnen Vuylvoorde ⁵⁴⁾. Heer Jan De Gast, Gisbertus ende ick syn binnen der stadt van

⁵²⁾ L'abbaye de Ninove.

⁵³⁾ Le Prélat Aloys.

⁵⁴⁾ La prison d'Etat à Vilvorde.

Bruessele op Truerenburch ⁵⁵⁾. Christiaen vanden Abëele ende Balthasar zyn binnen Aelst. Den pastoor van Catthem ende heer Pieter van Enghen tot Liedekerke; Heer Franchois Meynaert, Joos de Smet ende Michiel zyn in die furien gebleven ⁵⁶⁾. Den pastoer van Nienove es hier binnen der stadt van Bruessel den xden van Mey overleden; wyens zielen in payse moeten rusten.

Nopende dan het rantsoen in generael zal bedraeghen (zonder de costen) tusschen de drie ende vier duysen guldens. Daer wy gheen vier duysent guldens en weten, zo dat ick voor myn hoet niet en twyfele of wy en sullen hier ons leven lanck blyven sitten; want, zo ghy wel weet hoe dat die van Vlanderen en die van Brabant al onze goedinghen hauden voor gheconfiskeert ⁵⁷⁾, als doctor Sille tot Antwerpen ⁵⁸⁾ my in myn aensicht verweten heeft; ende, dat noch meer es, seght datter disputen vallen sullen of men den gheestelycken lyftocht geven sal oft niet. Dit van hem hoorende heeft myn herte doorsneden; hoewel dat ter andere zyde myn heer Listvelt, cancelier van Brabant ⁵⁹⁾, getroost heeft, ons belevende octroye te doen hebben tot vercoopinghe oft belastinghe van onse goedinghen om ons te doen delivrerem. Maer hebbe cleen hope daerinne, ende het tgoet en gheltet gheen ghelt: een bunder mersch of lants voor vyftich guldens; ende dat noch te bede.

Daerom bidde ic U, beminde medebrueder, wt den naem van onsen prelaet, dien ic niet ghesien noch ghesproken en hebbe, zo verre ghy eenen middel wist om dese penninghen te vinden, devoir daerinne te doene, op dat die eereelycke ende behoereelycke vergaedinghe van onsen convente niet en mochte totaliter tot ruine ende desolatie commen. Want, wat es meer die bruederelycke liefde heerschende dan den welvaert ende voorspoet vanden huysse. Die hebbende, salder een volcommen accoort zyn onder mellencanderen. Wy en mochte niet ghedachtich wesen datter in voorleden tyden ghesiet es, zoo verre wy den bant der liefde, die Paulus noempt te wesen den bant der perfectie, begheeren te volbringen. Ic hope byder gratie Godts (aenghesien dat wy maer een cleen convent en syn) payselyck ende vredelyck met mellencanderen te leven ende ons wterste devoer doene om het godshuys te hauden ende te voorderen zo als dat mogelyck sal syn. Daerom U biddende om alles te willen diligenteren om te schuwen den grooteren cost dier zaude moghen oploopen.

Vaert wel ende bidt den Heer voor my. Ick en sals Uws niet vergheten.

⁵⁵⁾ Ils sont donc trois, captifs au Treurenberg.

⁵⁶⁾ Trois auraient donc été tués dans la surprise d'Alost.

⁵⁷⁾ Les biens furent confisqués par les rebelles. Le prélat Aloys, ancien rebelle, s'était retiré à Alost, ville fidèle au Roi.

⁵⁸⁾ Sille, secrétaire de l'archiduc Mathias.

⁵⁹⁾ Liesvelt, chancelier rebelle du Brabant.

Wt Truerenburght, desen xven van May anno xvc lxxxij.

By my uwen medebrueder,

Willem Cobbaert.

Nopende de religieusen van Cronenbryle, zyn binnen Antwerpen. Zo van ghelycken es den docteur om aldaer zyn ranchoen te vinden ; maer hoe veel dat es, en es my niet kennelyck.

Den Heer Christiaen Sterck tot Bergen. A. Mons.

Pièce originale.

Archives Générales du Royaume à Bruxelles, Enquêtes ecclésiastiques, reg. 937, doc. n° 26.

Chrétien Sterck, Prévôt de Ninove, à Alexandre Farnèse

1582, fin mai

Il présente une requête afin de pouvoir vendre ou charger les biens de l'abbaye de Ninove à occurrence de quatre mille florins. Il a besoin de cette somme pour servir de rançon à son Prélat et ses confrères, faits captifs par les rebelles lors de la prise d'Alost.

Au Roy

